

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Honor u  
cum fonte primo

Abstrahunt nos a certo diuicie, honores, potencia et cetera,  
que in opinione nostra cara sunt, precio suo uilia.

Nichil habent magnificum quo mentes nostras in se trahunt preter hoc,  
quod mirari illa consueuimus.  
Non enim quia concupiscenda sunt laudantur,  
sed concupiscuntur quia laudata sunt.

Seneca LXXXII. epistola.

Abstrahunt a recto diuitiae, honores, potentia et cetera  
quae opinione nostra cara sunt, pretio suo uilia.

Nescimus aestimare res,  
de quibus non cum fama sed cum rerum natura deliberandum est;  
nihil habent ista magnificum quo mentes in se nostras trahant praeter hoc,  
quod mirari illa consueuimus.  
Non enim quia concupiscenda sunt laudantur,  
sed concupiscuntur quia laudata sunt,  
et cum singulorum error publicum fecerit,  
singulorum errorem facit publicus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 81.28-29  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.270, ll.17-25).